



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Expositio 10. Cap. Vir autem quidam art. 10

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

fit potestate . Vnde ob aliorum conuersionem præsertim suscitata est fœmina ista, & etiam propter consolationem fidelium viduarum, alioquin tam sanctæ mulieri melius videretur non suscitari, quam ad vitam hanc miseram reuocari, nisi forte propter maius meritum eius . [Factum est autem vt dies multos moraretur in Ioppe, apud Simonem quendam coriarium.] vel vt alij dicunt curiarium . Vel quia coria parauit, aut curialis fuit . Aliq̄ etiam sic vocatur sine proprietate per nomen significata . Porro (secundum Bedam) per Tabitam hanc seu Damulam vel Capream, intelliguntur animæ virtutum studio altæ, quamuis hominum æstimatione viles . Damula quippe & caprea animalia sunt in natura similitima, sed magnitudine differentia, q̄ in sublimibus mōtibus habitant, & de longinquo omnes qui veniunt vident . Vnde ab acumine visus Græce dorcades appellantur . Sic sancti meritis operum in excelsis habitantes, mentis contemplatione supernis intēdunt ibique summa semper & cauta circumspectione inuigilant, & quid futurum sit, eisue accidere queat vigilanter perpendunt . Huiusmodi animarum si quæ per fragilitatem, aut ignorantiam lapsa fuerit in peccatum, continuo a viris perfectis ad vitam æratiæ reducitur .

¶ Elucidatio capituli decimi . Vir autem quidam

Articulus decimus-

Ostenso quemadmodum inter Iudæos prædicata sit fides Christiana, nunc declaratur qualiter inter gentiles cœperit publicari [Vir autem quidam erat in Cæsarea nomine Cornelius.] Tres famosæ vrbes fuerunt, nomine Cæsarea, quæ in sacris literis memorantur . Vna est Cæsarea vrbs Palestina in litore maris sita, q̄ olim Pirgos .i. turris Sratonis vocabatur, quam Herodes maior nobiliter extruēs, in honore Cæsaris Augusti, scilicet, Octauiani, nominauit Cæsaream, in qua habitauit iste Cornelius . Alia appellatur Cæsarea Philippi, ad radices montis Liba-

Matt. 16.

ni fita, vbi Iordanis ortens, habet duos fontes, vnum nomine Ior, alium nomine, dan, quam Philippus præfati Herodis filius, in honore Tyberij Cæsaris Cæsareâ cognominavit. Tertia quoque extat Cæsarea, estq; metropolis Cappadociæ, de qua infra habetur. Hic ergo præelectus, beatissimusq; Cornelius, mēte & corpore fortis, in corporalium ac spiritalium armorum exercitijs strenuus fuit [centurio,] id est, centum sub se milites habens [cohortis quæ dicitur Italica.] q̄a milites isti cum ipso fuerūt de Italia, imo sicut in scholastica fertur historia, Cornelius missus fuit a Roma ciuitate metropolitana Italiae. Romani etenim Imperatores mittebāt milites suos per diuersas ciuitates ad custodiendas munitiones, terrasque Romanis subiectas tuendas [vir religiosus] id est, actibus religionis deditus. potestque religio accipi siue pro patria, per quā summo deo debitus cultus impenditur, siue pro pietate, tam illa quæ est donum, quam illa quæ est virtus moralis, & misericordia nuncupatur. Operibus siquidem pietatis & misericordiæ fuit valde intentus [& timens deum.] non timore pure seruili, sed casto & reuerentiali. Timor autem seruilis, est fuga, abominatio seu detestatio mali pœnæ, qui in se nec virtuosus est nec meritorius, timor vero castus seu filialis est fuga & detestatio mali culpæ quo dei offensam timemus. Porro timor initialis aliquid habet de vtroque [cum omni domo] id est, familia [sua] ita quod cuncti domestici eius fuerunt timorati, ad quod ipse verbis & exemplis eos induxit, quod & omnes patres familias assequi debent, suam ad virtutes dirigendo familiam eāq; de vicijs increpando, & per hoc quasi episcopale officium in suis domibus exercendo [faciens elemosynas multas plæbi] omnibus, scilicet, indigentibus atque petentibus sine personarum acceptione [& deprecans deum semper] omni scilicet tempore opportuno. Orauitque deum, præsertim, vt eum in viam salutis dirigeret. Vnde secundum doctores quicumque facit quod in se est, gratiam & illuminationem a deo consequitur.

IN ACTA APOS. EXEG.

ita quod si quis paganus seu infidelis ex naturali ratio-
 ne se ad primum principium erigat ipsumque roget ut
 dirigat se in viam salutis, quatenus caueat a peccatis,
 deus sibi de necessarijs ad salutem misericorditer pro-
 uidebit, reuelando ei per angelum seu doctorem quem
 cunque de fide catholica quantum requiritur ad salu-
 tem. Hinc secundum diuinum Dionysium multi geni-
 lum legem Moyse non habentes, per angelos ad deum
 reducti sunt & edocti. Is vidit Joculo corporali. In
 visu. Exteriori. manifeste. In plena vigilia, non in
 somno nec imaginaria visione. quasi hora diei nona
 angelum dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Cor-
 nelii. At ille intuens in eum timore correptus dixit.
 Certum quod angelus in forma humana apparens vo-
 ce magna & tubali loquutus est, atque cum splendo-
 re preclaro apparuit. Hinc admiratione & naturali ti-
 more impletus fuit Cornelius. Non enim tam vene-
 randam, mirabilemque personam ante prospexit. Hinc
 dixit ad eum. Quis es domine? quasi dicat. Maior
 homine esse videris. Dixit autem illi. Angelus. Ora-
 tiones tuae & elemosynae tuae ascenderunt in memo-
 riam in conspectu domini. id est deo acceptae sunt, & miseri-
 corditer ab eo consideratae, iccirco me misit ad te, quod
 tua virtuosa conuersatione angelica visitatione dignus
 effectus es. Angelus ad verba Cornelii non legitur re-
 spondisse, sed de sua salute eum instruxit, ut doceamus
 vtilia & viciniora saluti, non curiosa siue superflua sci-
 scitari, quamuis interrogatio Cornelii non fuerit inor-
 dinata. Simili modo in veteri testamento querenti san-
 cto Iacob ab angelo quo nomine vocaretur, non datur
 responsio, nec Manue patri Sampsonis, quemadmodum
 etiam hoc loco orationes Cornelii leguntur coram do-
 mino ascendisse, & angelus missus ad eum. Ita Tob. 5.
 scriptum est, de orationibus Tobiae & Sarae, destinati-
 oneque Raphaelis ad eos. Insuper de Cornelio dicunt
 doctores, quod ante apparitionem hanc habuit fidem
 quae est virtus theologica, sine qua impossibile est pla-
 cere deo, habuitque fidem formatam seu charitate

Gen. 22.
Iudi. 13

Heb. 11

ornatā, habuit demum de Christo fidem saltem impli-
 citam & idistinctam, secundum Thomam in secunda se-
 cundā: credidit enim deum habere prouidentiam vni-
 uersorum, & esse hominum saluatorem secundum mo-
 dum sibi notū & sanctis patrib⁹ reuelatū. In Scholastica
 tamē historia dicitur, quod fidem incarnationis habue-
 rit, sed de tempore fuit incertus, ignorans an iam esset
 incarnatus, an adhuc incarnandus. Beda quoq; hoc lo-
 co allegat Gregorij verba dicentis. Non virtutibus ad
 fidem, sed fide pertingitur ad virtutes. Cornelius em̄
 cuius orationes ante baptismum angelo teste laudatæ
 sunt, non operibus ad fidem, sed fide ad opa venit. Scie-
 bat igitur creatorem omnium deum, sed quod eius om-
 nipotens filius incarnatus esset, ignorauit. Bona autē
 operatione promeruit, vt deum perfecte cognosceret,
 & de vnigenito eius incarnationis mysterium crederet
 quatenus ad sacramentum baptismatis perueniret. Per
 fidem ergo venit ad opera, sed per opera solidatus est
 in fide. ¶ Postremo sunt qui dicunt angelum, qui Cor-
 nelio apparuit fuisse illum qui custodia Cornelij fuerat
 deputatus. ¶ Et nunc mitte viros in Ioppē, & accersi
 per illos ¶ Simonem qui cognominat Petrus ¶ Primo
 enim appellatus Simon, postea Petrus a Christo ¶ hic
 dicit tibi quid te oporteat facere. ¶ Quæ a deo sunt, or-
 dinata sunt. Ideo diuina ordinatione superiores infe-
 rioribus auxiliant ordine pulchro. ¶ Hic hospitat apud
 quendam coriarium, cuius est domus iuxta mare ¶ qd
 Syriæ Palestinæ quæ Iudæa dicitur adiacet, vbi teste
 Hieronymo in littore vsq; hodie monstrantur saxa, in
 quibus Andromeda religata, Persei quondam fuit libe-
 rata præsidio. ¶ Et cum discessisset angelus qui loq̄ba-
 tur illi ¶ angelus enim in corpore assumpto apparuit, q̄
 sicut sua potestate formauit vt appareret i eo, sic eadē
 illud dissoluit, nec amplius visus est. Et ex his Corneli-
 us intellexit angelum esse qui sibi apparuit ¶ vocauit
 duos domesticos suos & militem metuentem deum ex
 his qui illi ¶ puta Cornelio ¶ parebant ¶ id est, ex subdi-
 tis suis. Iam dictum fuit quod domestici Cornelij fue-

Actu. 10.

Matt. 16.
Ioannis. 1.

IN ACTA APOS. EXEC

erant timorati, ideo nō dicitur, qđ hi duo domestici tñ
muerunt deum, sed de milite id dicitur quem vocauit,
qui forte extra domū Cornelij in propria domo, suis
vixit stipendijs. ¶ Quibus cum narrasset omnia, audi
ta visa nunc scripta tanquam sibi charioribus, familia
rioribus ac melioribus inter plures ¶ misit illos in Iop
pen. Postera autem die, videlicet, immediate sequente
¶ iter illis faciētibus & appropinquantibus ciuitati
Ioppe ¶ ascendit Petrus in superiora, domus ¶ vt ora
ret ¶ in solario, vel cœnaculo, tanquam in loco secreti
ori, & ad cōtemplationem congruentiori, sicut & Chri
stus ascendit in montem orare. Aliqui etiam so
lent in loco altiori orare deuotius ¶ circa ho
ram sextam, quæ est hora refectionis, antequam vole
bat oratione se muntre, dās nobis exemplum similiter
faciēdi, vt simus in comestione circumspectiores ne gra
uentur corda nostra crapula vel ebrietate ¶ Et cum e
suriret, voluit gustare ¶ id est, parce & modeste come
dere. Quod est contra eos qui instar canis famelici ef
fundunt se super cibum. ¶ Parantibus autem, cibum
¶ illis ¶ qui erant in suo hospicio ¶ cecidit super eum
mentis excessus, ¶ id est, tanta eleuatio mentis ad ali
quod mysticum contemplandum, quod deo operan
te passus est alienationem ab vsu sensuum exteriorum
¶ & vidit cælum apertum, ¶

Luc. 21.

quia in
visione imaginaria aperiri videbatur, ad innuendum,
quod a domino cælis presidenti aliquid speciale fieret
circa Petrum, quemadmodum Ezechiel primo libri sui
capitulo scribit cælos apertos, in visione ei ostensa ¶ &
descendens vas quoddam velut linteum magnum qua
tuor initijs ¶ id est, angulis ¶ submitti de cælo in ter
ram, ¶ forte per fines in angulis alligatas ¶ in quo erāt
omnia quadrupedia & serpentina terræ, & volatilia cæ
li. ¶ Erant autem ibi non realiter sed imaginarie, per
similitudines rerum representatiuas. Per vas magnum
designatur ecclesia. Per animalia vero illa secundum le
gē imunda gentiles, quos spernebant Iudæi nec vesce
bantur cum eis. ¶ Specialiter p quadrupedia quæ terris

Ezech. 1.

Leui. 11.

¶

adhærent, avari, per serpentes, dolosi & virulenti, p vo
 latilia aut elati. **L** Et facta est vox ad eum dicens. **J** Vo
 cem hanc angelus formavit in interiori sensu Petri, q
 angelus totam visionem hanc ministerialiter exhibe
 bat, formando species rerum istarum in vi imaginati
 ua Apostoli. **L** Surge Petre, occide & manduca. **J**
 Quod Perus corporaliter intelligendum putans respō
 dit vt subditur. **L** Absit domine, quia nunq manduca
 ui omne cōmune & immundū. **J** id est, cibos lege prohi
 bitos nunquam accepi, in quo etiam constat magna iu
 sticia beatissimi viri, qui antequā Christo adhæretet
 cæremonialia legis tam diligenter implevit, nec dubiū
 quin i obseruantijs præceptorum maiorum diligentia
 adhibuerit amplioem. Porro secundū morem Iudæoz
 loquutus est Petrus, q cibos lege prohibitos vocabant
 immundos, itemq; communes, qa a gentibus cōmuni
 ter edebantur. Præinducta autem angeli verba spirita
 liter sunt intelligenda, vt sit sensus Occide, id est, vi
 cta in gentibus perime, & manduca, id est, Christo atq;
 ecclesiæ eas incorpora, quemadmodum in substantiam
 aliti vertitur cibus. Hinc sequitur. **L** Et vox iterum se
 cundo. **J** ait **L** ad eum. Quod deus purificauit tu commu
 ne ne dixeris. **J** .i. gentes a deo electas ac prædestinatas
 Christi q; sanguine liberatas, & iam in dei præscientia
 purificatas, & Christi passione ablutas, p præfata im
 munda atq; cōmunia animalia designatas, nō æstimes
 contemnendas, neque vitandas, sed confidenter vade
 ad eas. Potest q; de cibus aliquib; lege phibitis accipi,
 q; vsus i nouo testamēto est licitus. Nā cæremonialia
 legis i Chfi passione finem sortita sunt, nec postea obli
 gant vt infra dicitur. **L** Hoc aut factū est per ter. **J** .i. tri
 bus vicibus visio ista fuit Petro exhibita ad cōfirmatio
 nem maiorem, & ad inuendū, quod ad superbeatissime
 trinitatis fidē et cultū gētes eēt mox cōuertendę, in e
 iusq; noīe baptizadæ. **L** & statim receptū ē vas in calū. **J**
 scdm imaginariā apparitiōem, p q; insinuatū ē, qd eccle
 siagētū i regnū introducēda eēt celoz. **L** Et dū intra se
 hæsitaret Petr' qd nā eēt visio q; vidisset. **J** .i. qd significa

Leuit. ii.

Leui. ii.

1. Ti. 2.

Gala. 5.

1. Petri. 2.



IN ACTA APOS. EXEG.

ret, in hac enim visione spiritus sanctus Petrum non docuit subito & per seipsum complete, sed pedetentim & partim per homines, quia ad conseruandam mentis humane humilitatem, spiritus sanctus quandoq; ex parte animum tangit, & ex parte non tangit. **L** ecce viri missi a Cornelio steterunt ad ianuam. Et interrogabant si Simon Petrus illic haberet hospitium. Petro autem **L** ad se reuerso & **L** cogitante de visione **L** præfata que eēt intelligentia eius **L** dixit spiritus ei **L** loquutione interna, videlicet, spiritus sanctus seu angelus. **L** ecce tres viri quærunt te, surge itaq; **L** ab oratione & meditatione **L** & descende **L** de isto cenaculo, seu contemplationis excelso **L** & vade cum eis **L** ad prædicandum & communicandum gentibus **L** nihil dubitans **L** quin bene agas in hoc **L** quia ego misi illos **L** id est, mitti feci a Cornelio. Interdum ergo dum ratio & charitas postulant ab actibus vitæ contemplatiuæ cessandum, atq; ad opera vitæ actiuæ est egrediendum. Virtutes etenim sibi inuicem cedunt, quamuis se inuicem nequaquam impediant. **L** Descendens autem Petrus ad viros, dixit. Ecce ego sum quem quæritis. Quæ causa est ppter quam venistis? **L** Adhuc non videtur Petrus plene significationem visionis sibi ostensę, nouisse. **L** Qui dixerunt. Cornelius Centurio vir iustus & timens deum, & testimonium habens **L** virtutum **L** ab vniuersa gente Iudæorū **L** charus enim acceptus & placitus fuit deo atque hominibus, tanta fuit pietate & gratia decoratus **L** responsum accepit ab angelo sancto accersiri te in domum suam & audire verba abs te **L** id est, salutis consilium & doctrinam. Quibus auditis Petrus significationem visionis cœpit aduertere, quod scilicet, per animalia illa immunda, designarentur gentiles, & quod illis communicare deberet. Ideo subditur. **L** Introducēs ergo eos, recepit hospitio **L** in q̄ & ipse manebat, manserūtq; apud cum illa nocte, & de tam gratioso rumore atque negotio gauisi sunt omnes qui aderant vehementer. **L** Sequēti autem die, surgens, profectus est cum illis, & quidā ex fratribus **L** scilicet, Christianis ex Iudaismo conuersis **L** co

mitati sunt eum. Id est, simul profecti, qui fuerant numero sex in testimonium veritatis, & ob reuerentiam Petri. [Altera autem die introiuit Cæsaream.] Palæstina, in qua morabatur Cornelius. [Cornelius vero expectabat illos.] cum ingenti affectu videndi visque tam sanctum, & audiendi verba dei per ipsum, obtinendiq; gratiam sibi & suis, de quibus subiungitur [conuocatis cognatis suis, & necessarijs amicis] quos omnes spiritaliter diligens secum dei gratiam consequi & salutem optauit. *Necessarij autem amici vocantur, vel qui iure affinitatis coniuncti sunt, quod nulla inter eos cessatio id est, sepatio sit, vel qui amicum in articulo necessitatis non deserunt.* Vnde in Ecclesia. habet. Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei te ipsum. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanet in die tribulationis. Amicus si permanserit fixus erit tibi coequalis. [Et factum est cum introisset Petrus.] forsitan primam portam seu atrium domus Cornelij. obuius ei venit Cornelius. Job tanti aduentantis honorē. Ex dilectione autem, et humilitate hoc fecit Cornelius, quemadmodum Martha occurrit Christo. Itaque Ionnis. 11. doctori obuiavit auditor, ut corde intento verba eius casto susceperet pectore, iuxta illud Ecclesia. 3. Auris bona cum omni concupiscentia audit sapientiam [& procidens ad pedes eius adorauit eum.] id est, reuerentiam dulcē ei tanquam excellenti personae spiritaliq; patri exhibuit, gestu corporis mentis deuotionem reuerentiamq; protestans. In quo magna illustris viri commendatur humilitas. [Petrus vero eleuauit eum dicens. Surge & ego ipse homo sum.] tibi similis in natura, ideo circo in honorando me moderamen obserua cum purus sim homo. [Et loquens cum illo] puta Cornelio [inuenit.] in domo eius [multos qui conuenerāt.] causa audiendi verbum salutis. [Dixitq; ad illos. Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo] id est, quā multū abominentur Iudæi [coniungi aut accedere ad alienigenam.] id est, gentilibus, communicando cū eis in victu [sed mihi ostendit deus] in præfata visione

Roma.1. **L** neminem communem aut immundum dicere hominem. Id est, nullum hominem quamvis gentilem esse spernendum aut vitandum, seu repellendum a communitate fidelium, dummodo velit conuerti. Vel secundum quod homo est, & purificatus in praesentia dei, aut liberatus sanguine Christi. **L** propter quod sine dubio. **L** tanquam certus de bonitate itineris. **L** veni accersitus. Interrogo ergo quam ob causam accersistis me? Et Cornelius ait. A nudiusquartana die usque in hanc horam. **L** id est, quarta die ante hanc horam qua interrogas ista. **L** orans eram in domo mea. **L** die enim quo orauit & angelum vidit, misit tres viros, qui secundo die venerunt in Ioppen, & tertio redire coeperunt, quartoque die venerunt Caesarea. **L** Et ecce vir. **L** scilicet angelus in forma viri. **L** stetit ante me in veste candida & ait. Exaudita est oratio tua. &c. Nunc ergo omnes nos assumus in conspectu tuo audire omnia quaecumque praecipita sunt tibi a domino. **L** id est, parati audire & obedire. **L** Apertens autem Petrus os suum, dixit. In veritate conperi. **L** id est, vere & experimentaliter nunc cognoui. **L** quia non est personarum acceptor deus. **L** id est, non unum magis quam alium approbat aut reprobat, nisi ex causa iusta nec inter Iudaeos & gentiles discernit, quantum ad consequendam salutem, dummodo se disponant. Propter quod ait Apostolus ad Romanos. An Iudaeorum deus tantum? Nonne & gentium? Et alibi. Omnes homines vult saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. In sapientiae quoque libro legitur. Nec enim est alius deus quam tu, cui cura est de omnibus. Et secundo

Roma.3.
 1. Tim. 2.
 Sapien. 12.
 2. Para. 19.

Paralipomenon. Non est apud dominum deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, neque acceptio numerum. Sed videtur oppositum, quia duorum hominum unius conditionis atque in omnibus parium, deus unum misericorditer accipit, alterum iuste relinquit. Est respondendum quod personarum acceptio opponitur iustitiae distributivae, quae diuersis personis tribuit secundum dignitatem ipsarum & merita. Est itaque personarum acceptio cum in eo cui aliquid datur, non

attenditur id propter quod id quod ei datur sit sibi proportionatum aut debitum, vt si praelatus det alicui beneficium, quia et tuus siue cognatus. Veruntamen duplex est datio. vna quæ est actus iusticiæ, & circa hanc attenditur ac versatur personarum acceptio. Alia vero quæ est actus liberalitatis qua alicui gratis confertur quod ei non debetur, qualis est collatio donorum dei, qui nulli est obligatus. & circa huiusmodi non est personarum acceptio. quoniam vnusquisque potest propria dare cui vult, & quantum vult. Hoc secundum Thomam dictum sit, quod in secunda secundæ, questione. 67. plenius continetur. [sed in omni gente] cuiuscunque sit nationis [qui timet deum] timore casto & filiali vel saltem initiali [& operatur iusticiam] id est, actus iusticiæ quæ est virtus infusa, ppter debitum rectitudinis finem, quod sine fide fieri nequit [acceptus est illi] ita quod est in statu salutis ac promerendi. Sola autem naturalis virtus, & cognitio dei nemini sufficiunt ad salutem sed ad supernaturalis finis seu felicitatis adeptionem, supernaturalia media exiguntur, vt media fini proportionentur. [Verbum misit deus filiis Israel] nam pater verbum suum veraciter incarnatum misit Iudæis, ipso verbo id protestante. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Misit quoque verbum. i. euangelicam doctrinam [annuncians pacem] id est, humani generis reconciliationem cum deo [per Iesum Christum] dei & hominum mediatorem, qui in quantum mediator, pacificauit nos deo per sanguinem suum. Hic ait Apostolus. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et Christus in propria persona hæc prædicauit, pacemque peccatoris annunciauit & dedit secundum quod ait. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et rursus, Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. [Hic est omnium deus] quia verus deus, rex regum, & dominus dominorum. Neimpe vt deus est dominus per propriam auctoritatē, vt p̄sides p̄cipalis, sed vt hō, oib' p̄sides vt instrumenta. [Vos scitis quod factum est v̄bum p̄ vniuersam

Matt. 15.

2. Cor. 5.

Ioann. 14.

Lucæ. 19.

Apoc. 19.

- Iudæam] id est, prædicationem Iesu ibidem esse disseminatam. Miracula etenim Christi fecerunt eum in locis vicinis hinc inde famosum. [Incipiens enim] Iesus prædicationem suam] a Galilæa] sicut in passione Iudæi dixerunt, commouet populum docens per vniuersam Iudæã, incipiens a Galilæa vsq; huc] post baptismum quod prædicauit Ioannes Iesum a Nazareth.]
- Luc. 23.** Ioannes enim baptista populum baptizando insinuauit eis Christum venisse, dicendo. Medius vestrũ stetit quẽ vos nescitis. Vel sic, incipiens Iesus publice prædicare post baptismum quo fuit a Ioanne baptizatus. Scitis inquã, quod prædicauit Ioannes Iesum, tãq; eius præcursor. Prædicauit autem Ioannes baptista] quomodo vnxit eũ] scilicet, Iesum secundum naturam assumptam] deus] pater seu trinitas] spiritu sancto & virtute] id est, plenitudine gratiæ & sanctitatis, seu potestate in miraculis peragendis. Nam & spiritus sanctus Christũ vt hominem vnxit & misit, iuxta illud in Esaia, & nunc dominus misit me, & spiritus eius. Hinc de Christo dixit baptista. Non ad mensuram dat deus spiritum, scilicet homini Christo, nam gratia eius quodammodo infinita consistit. Hæc vnctio spiritalis & inuisibilis data est animæ Christi in ipso suæ creationis primordio, quo simul cum carne vnita est verbo totius gratiæ fõti æterno] qui pertransiit] inter homines cõuersando ambulando & prædicando] benefactendo] id est, multa beneficia dando hominibus] & sanando oēs oppressos a diabolo.] multos quippe obsessos curauit, spiritaliter quoque dæmonibus plenos conuertit ad deum, sicut de Maria Magdalena eiecit septem dæmonia. Imo quantum in ipso fuit, sua benedicta passione vniuersos peccatores saluauit. Quicumque autem in mortali iacet peccato a dæmonibus cõpressus, prostratus, vitæ, & excæcatus. Verum quod ait, omnes oppressos, accipi potest de generibus singulorum potius quam de singulis generum] quoniam deus erat cum illo.] scilicet, pater cum filio, quemadmodum in Euangelio loquitur. Non sum solus sed ego & qui misit me pater.
- Ioann. 1.**
- Esaia. 48.**
- Ioann. 3.**
- Luc. 6. 7.**
- Mar. 17.**
- Ioan. 8.**

Veruntamen coniunctionem hanc, quoniam bene pensando intelligendum est, quod deus erat cum Christo secundum naturam humanam, illa namque habuit efficaciam sic agendi ex assistentia dei, sicque intelligi etiam potest, quod deus scilicet, verbum æternum, erat cū illo, id est, cum Iesu quo ad suam humanitatem, per hypostaticam unionem, quamuis expositio ista non sit propria secundum Bedam, ne Christi personam geminare videamur. ¶ Et nos sumus testes omnium. ¶ Mirabilius quæ fecit in regione Iudæorum & in Hierusalem, quæ occiderunt suspendentes in ligno. Quem deus suscitauit tertia die. ¶ Ista iam sæpe exposita sunt. ¶ & dedit eum manifestum fieri. ¶ post resurrectionem. ¶ non omni populo. ¶ immediate, imo nec omnibus absolute. ¶ sed testibus præordinatis a deo, nobis qui manducauimus & bibimus cū illo postquam resurrexit a mortuis. ¶ Hoc enim opus ordinatissimum æternæ sapientiæ dei processus, ut supernaturalia non omnibus immediate reuelentur, sed primo quibusdam electis atque maioribus, & per illos ceteris. Quod & in Hierarchiis obseruatur angelicis, in quibus illuminationes diuinæ a superioribus deueniunt ad inferiores per medios angelicos spiritus, ut diuinus Dionysius edocet. Præterea aduertendum quod Perus ait, nobis qui manducauimus & bibimus &c. Nam licet in euangelio legatur Christus cum discipulis post resurrectionem manducasse, non tamen ibidem exprimitur cū eis bibisse, sed ex his verbis id scitur. ¶ Et præcepit nobis prædicare populo & testificari quia ipse est, qui constitutus est a deo. ¶ patre secundum naturam humanam. ¶ iudex viuorum & mortuorum. ¶ id est, vniuersorum qui vel ante finem mundi erunt defuncti, vel circa finem mundi inuentur, & in igne conflagrationis mortuuri dicuntur. Vel per viuos intelliguntur electi qui viuunt per gratiam, per mortuos reprobis, qui mortui sunt per culpam. Porro in iudicio duo considerantur. Primum est autoritas iudicandi, & illa tribus personis communis & vna est. Secundum est iudicis executio seu, perlatio sententiæ, quæ competit Christo secundum natu

Lucæ. 14.

Joann. 5.

ram humanam, quam & sua humiliatione ac passione promeruit. Propter quod ait. Potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est. Itemque. Neque enim pater iudicat quemquam, sed iudicium omne dedit filio. ¶ Huic scilicet, Christo omnes prophetae testimonium phibent ¶ ut domino serui ¶ remissionem peccatorum accipere per nomen eius ¶ id est per inuocationem & fidem ipsius ¶ omnes qui credunt in eum ¶ qui scilicet, fide & charitate Christo incorporantur. Prophetae enim concorditer loquuntur de Christo, tamquam de omnium saluatore, ita quod credentes per gratiam eius iustificantur. ¶ Adhuc loquente Petro verba haec, cecidit ¶ id est, subito venit, seu repente descendit ¶ spiritus sanctus ¶ non per suam incircumscriptam, incommutabilemque substantiam, sed per pietatis suae effectus & gratiae dona ¶ super omnes qui audiebant verbum ¶ videlicet, super Cornelium, & suos, quibus praedicationis ista fiebat. Descendit autem spiritus sanctus in signo visibili, siue sensibili, sed an in igneis linguis, an in alia specie, incertum est, ut Scholastica ait historia. ¶ Et obstupuerunt ex circumcisione fideles ¶ id est, ex iudaismo conuersi ¶ qui venerant cum Petro, quia & in nationes ¶ id est, in gentes ¶ gratia spiritus sancti effusa est ¶ cum abundantia tanta. Iudaei eadem consueuerant gentiles pro nihilo reputare nec simile huic rei unquam fuerat factum. Ideo de effectu tam magno atque insolito, praed admirationis magnitudine velut stupidi reddebantur. Fuit enim reuera gratiae miraculum, & maxima pietas dei. ¶ Audiebant enim illos loquentes linguis ¶ diuersis sicut Apostoli loquebantur in die pentecostes ¶ & magnificantes deum ¶ gratias deuotissime referendo, eiusque bonitatem & beneficia totis praecordiis attollendo. ¶ Tunc respondit Petrus. Nunquid aquam prohibere quis potest, ut non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? ¶ Apostoli scilicet, cum signo sensibili, & dono linguarum, quamuis non in tanta plenitudine sicut Apostoli, qui primitias spiritus acceperunt. ¶ Et iussit eos baptizari in nomine Iesu Christi. ¶ De hac forma baptis-

mi, & q̄re i cadabat baptismus in primitiua ecclesia, dī
ctū est. 2. capit. Apostoli aut̄ cōsueuerūt p̄ discipulos su
os baptizare cōuersos, & ip̄i ȳbo p̄dicationis insister̄
sc̄dm̄ q̄d Paulus testatur. Nō misit me Christus bapti- 1. Cor. 1.
zare, se p̄dicare Interdū t̄n̄ aliquos baptizabāt. ¶ Tunc
rogauerūt eum ¶ scilicet, Petrū, ¶ vt inaneret apud eos
aliq̄t diebus. ¶ p̄ eorum consolatione, & pleniore instru
ctiōe. & p̄sertim ex dilectione quā ad tā felicē & glo
riosam cōceperunt magist̄, patrē atq; Apostolū, nec
dubiū quī eis cōsensit.

¶ Declaratio capituli vndecimi. Au-
dierunt autem Apostoli Artic. xI.

Q Vid ex prima illa gentiliū cōuersione sequu
tum sit subditur. ¶ Audierunt aut̄ Apostoli
q̄ erant in iudæa ¶ vbi p̄dicabāt hinc inde
¶ & fratres ¶ id est, cæteri discipuli ¶ quia & gentes ¶
videlicet, Corneli⁹ cum suis ¶ receperunt verbum dei.
Cum autē ascēdisset Petrus Hierosolymā ¶ a Cæsarea
rediens ¶ disceptabāt aduersus illum qui erant ex circū
cisiōe ¶ id est, ex iudaismo conuersi ¶ dicentes. Quare Mat. 10.
introistis ad viros p̄putium habentes, & manduca-
sti cum illis? ¶ quasi dicant, in hoc contra legem fecisti
¶ Incipiens autem Petrus exponebat illis per ordinē ¶
id est, cur hoc fecisset eis ordinate exposuit, seq; excusa
do reuelauit eis qualem habuisset visionem in Ioppe.
Per quam deus sibi monstrauit vt faceret ita, & quod Supr. ca. 1.
angelus id ipsum admonuisset. Litera autem plana est
& p̄cedenti capitulo habita atque exposita vsque ad
id ¶ Recordatus sum autē ȳbi domini, sicut dicebat.
Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptiza-
bimini spiritu sancto. ¶ Hoc primo capitulo legit Chri
stus dixisse Apostolis, quod expositum est ibidem, & in
p̄fatis gentilibus conuersis impletum, iuxta exposi
tionem primo capitulo introductam ¶ Si ¶ pro quia
¶ ergo eadē gratiā dedit illis ¶ puta Cornelio et sibi
adiūctis ¶ sicut et nob̄ q̄ credidim⁹ i dñm̄ Iesū Christū ¶
vtrisque m̄ cōtulit deus dona gratiæ gratū facientis et
gratis datæ, t̄n̄ vt dictū ē, Ap̄t̄ in ampliore plenitudi-